

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Amico suo Hieronymus B. S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

malè collocatum esse. Et hæcenus quidem ita spero me uersatum esse in studijs, ut præceptorum, & aliorum quibus uita & studiorum meorum curriculum notum est, iudicium de me, facile me sperem conseruaturum esse: quod ut retineam, uel potius augeam, & uestre in me beneficentiæ cum gratitudine et profectu in studijs respõdeam, annuat sedulo. Quare ut me uobis in hac re commendatum habeatis, etiam atq; etiam rogo. Data 18 Calend. Iunij, Anno 1544.

Amico suo Hieronymus B.
c. Mohr. III p. 76^b S. D.

Non facillè dixerim, quàm molestum mihi tam diuturnum silentium tuum fuerit. Quod eò scribo, non ut tecum expostulem (sunt enim notæ tuæ, occupationes) sed ut meum erga uos omnes animum perspicias. Mirificè enim angebar de uestra ualitudine. Itaque me maximo beneficio affectum puto, quòd tandem respondi. Misit enim mihi literas tuas per proprium nuncium Ioannes post Saturnalia. Gaudeo uos omnes Dei beneficio incolumes esse: & precor, ut uos perpetuò seruet Christus. Sed Lazari tabellarius perquam incivilis fuit, non enim concessit mihi tempus ad scribendam longiorem epistolam. De Marcello scripsit Bringius ante paucos dies, nosq; illa cura liberauit.

Tamli

affecit
Iofann

Iofani

uit. Quod de meis uersibus scribis, ipse agnosce^{co}
me non satis propitijs musis uersus cudere. Sed ta
men quia hæc exercitatio ad absolutam orationē
prodest, in ea interdum experior ingenium: et
tua reprehensio reddet me diligentiore. Habet
aliquam laudem conatus honestus, ut ille ait: *et*

In magnis uoluisse sat est, si non datur ultra.)
Noui nihil habemus, præter literas Pontificis de
synodo, quas haud dubie uidisti. Cæterum de Cæsa
rianis rebus omnibus hic magnum silentium est.
Tu si quid habes, nobis uelim impertias. Patris
gratulor coniugium, et opto ut felix et faustum
sit. Matrem, fratrem et sorores, omnes meis uer
bis saluta. Scriberem prolixius, nisi nuncijs inter
pellaret. Vale. Bene et spero hinc uale et responde.

Dux Ernestus cuidam Episcopo

S. D.

Reuerendissime atq; ornatissime Princeps, pe
tuit à nobis commendationem ad Reuerendissi
mam paternitatem uestram, quidam nobilis adole
scens, scholasticus huius Academiæ, Petrus de Neu
marck. Cum autem non dubitemus, quin R. P. V.
sua sponte et faucat ingenijs, et prouehere stu
diosos ad Reipub. utilitatem cupiat, libenter de
dimus huic iuueni literas, et ut haberet apud
R. P. V. testimonium morum et studiorum
suorum: et ut rogaemus R. P. V. propter nostrā

K 2 commens.

in eo genere

inquit pro ait et
holl in t. m.

d. d. 10 Jan. 1533